



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 108. Collectio tractatum de libertatibns Ecclesiæ Gallicanæ a Regio
Senatu proscripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

citatus Richelius Cardinalis, San - Cy- Sæc. XVII.
 randum carceri mancipari jussit, Monia- A. C. 1639.
 les vero relicto Parisiensi Portu Regio
 ad pristinum Portus Regii in Cam-
 pis Conventum reversæ sunt. Eo au-
 tem tempore, quo hæ in Parisino Mo-
 nastryo degebant, Antonius le Maitre
 Angelicæ Nepos, Arnaldus, Andil-
 lyus ejusdem fratres, Sacius pluresque
 alii, qui se Solitarios nominarunt, ad
 Portum Regium secesserant; nam Ma-
 ter Angelica, & Agnes Abbatissa in
 suo Monasterio facultates & locum de-
 derunt Abbatii San - Cyrano, ejusque
 Doctrinæ faventibus, qui tamen postea
 de Jansenii erroribus suspecti, inde ex-
 cedere jussi sunt.

Eodem anno non deerant quam-
 plurimi, qui apud Richelium Cardina-
 lem pro Abbe San - Cyrano depreca-
 rentur, quibus tamen ipse reposuit, quod
 Germania & Francia ex integro adhuc
 Catholicæ forent, si Lutherus & Cal-
 vinus in tempore in carcere, ubi haud
 amplius nocere potuissent, fuissent
 detrusi.

§. CVIII.

*Collectio tractatum de libertatibus
 Ecclesiae Gallicanae a Regio Se-
 natu proscripta.*

Z 5

Jam

Sæc. XVII. Jam anno priori ambo Fratres Germani Petrus & Jacobus de Puy non

A.C. 1639. modo tractatus de Ecclesiæ Gallicanæ

Abregé libertatibus sæculo decimo sexto editos,

chron. de sed etiam varia scripta, in quibus ar-

lhist. Eccl. Sieel. XVII. gumenta in harum libertatum & ju-

Dupin Hist. rium defensionem a præfatis Authori-

Eccl. tom. 4. bus allata exponebantur, in unum vo-

p. 195. §. 5. lumen collegerunt, typisque edi cura-

runt. Adversus hanc editionem non modo Apostolicæ Sedis Nuntius, sed

& viginti duo partim Cardinales par-

tim Archiepiscopi & Episcopi vehemen-

ter obstrepebant: unde eodem anno die

vigesima Decembris regius Senatus

hunc librum, utpote sine Regis licentia

editum, promulgato edicto proscriptit:

postea idem liber Sorbonæ Doctoribus

ab iis, quæ, salvis tamen veris Eccle-

siæ Gallicanæ libertatibus, universali

Ecclesiæ adversarentur, expurgandus

tradebatur, quorum judicio præfati

Præsules adulterinum hunc partum die

nona Februarii hujus anni damnaront,

eiusque editionem suppresserunt, hanc-

que in rem die decima quarta ejusdem

Mensis Cardinales, Archiepiscopi &

Episcopi Parisiis tunc agentes episto-

lam ad omnes Franciæ Præsules de-

dere: nec id mirum videri debet; Cle-

rus enim Gallicanus nequam inter-

jura & Ecclesiæ suæ libertates nume-

rari

cum

sum

aut

erg

præ

qua

sch

tor

qua

fian

coll

ipfi

jus

lue

vic

cu

bus

ill

lic

ab

fin

tra

cu

ty

qu

Se

ca

rari voluit illas, quæ ad dissolvendam Sæc. XVII.
cum Ecclesia Romana Matre sua, & A. C. 1639.
summo Pontifice ejus Capite unionem,
aut ad infringendum obsequium filiale
erga eundem tendunt, cum ergo in
præfato libro multa fuerint adducta,
quæ veras libertates destruerent, &
schismati occasionem præberent, Au-
torque studiose varias usurpationes,
quas potestas sacerdotalis contra Eccle-
siam sæpe ex vindictæ æstu attentavit,
collegit, atque ex quolibet facto ab
ipsis etiam Gallis postmodum reprobato-
rus, usum & consuetudinem eruere vo-
luerit, hinc Clerus Gallicanus a Ludo-
vico æquissimo Rege petebat, ut una-
cum Sanctiore suo Consilio & Præsuli-
bus tandem determinaret, quænam sint
illa privilegia & libertates Ecclesiæ Gal-
licanæ, ut veri & laudabiles usus & jura
ab usurpationibus fecerterentur: Eo
fine postmodum Ludovicus XIV. anno
hujus sæculi quinquagesimo primo rem
discuti, hasque libertates imprimi jus-
sit: sicut etiam anno sequenti Pithovei
tractatus de libertatibus Gallicanis una-
cum commentario in Petrum du Puy
typis vulgatus est: observandum tamen,
quod tam Præsulum epistola, quam
Senatus decretum in nova editione
commentariorum Cleri Gallicani desi-
deretur.

§. CIX.